

Rome, Novembre 1601.

/ Admodum Illustris, et Reverendissime Domine. Dominus Bonaventura Han, electus quondam Episcopus Vratislaviensis, pro bono pacis et obedientiae cessit juribus suis, ut Reverendissima Dominatio Vestra optime novit: ac deinde in eas angustias rei familiae  
 5 redactus est, ut jam in summa calamitate vivere cogatur, Nulla mihi cum eo necessitudo intercedit, nisi christiana charitatis; sed ea charitas ita cor meum urget, et affligit, ac si ego ipse in ea miseria degerem; nec solum vices ejus doleo, sed etiam scandala publicum, quod ita negligantur Summi Pontificis, et Imperatoris  
 10 decreta, et quod ab hoc exemplo discent homines non ita facile superiorum obedientiae acquiescere. Quare Dominationem Vestram R<sup>man</sup>  
 eadem impellente charitate, rogo, et obsecro, ut miserum hominem sublevare dignetur, eidem ex animo compatiatur, Summi Pontificis desiderium impleat. Numerabo ipse quoque inter maxima beneficia  
 15 mihi collata; et si dabitur unquam occasio, referam gratiam, si pietati vestrae cordi fuisse intellectuero hujus Bonaventurae consolationem. Valeat R<sup>ma</sup> Dominatio Vestra mei memor in sanctis precibus suis. Romae 1601.

[Fuligatti, Epp. famil. XVI.]